Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia cum duobus prololgis Hieronymi - Cod. Aug. perg. 27

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [15. Jahrh.]

Prologus Iudith

urn:nbn:de:bsz:31-64155

Visual Library

et elemosinas. ut sint memo
res dei. et benedicant dominum in omni
tempore in ueritate. et in tota uirtute
sua. Nunc ergo filii. audite me et
nolite manere hic. sed quacumque
die sepelieritis matrem uestram. circa
me in uno sepulchro. ex eo
dirigite uos. ut exeatis hinc.
Video enim quia iniquitas eius
finem dabit ei. Factum est autem
post obitum matris sue tobias
abscessit ex niniue cum uxore
sua. et filiis. et filiorum filiis. et
reuersus est ad soceros suos.
inuenitque eos incolumes in se
nectute bona. et curam eorum ges
sit. et ipse clausit oculos eorum
et omnem hereditatem domus
raguel ipse percepit. Viditque
quintam generationem filios filiorum
suorum. Et completis annis nonaginta
nouem. in timore domini cum
gaudio sepelierunt eum. Omnis
autem cognatio eius. et omnis generatio
eius in bona uita. et in sancta
conuersatione permansit. ita ut accepti
essent tam deo quam hominibus
et omnibus habitatoribus terre.
Explicit Tobias.

Incipit prologus in librum Judith

Apud hebreos liber
Judith inter agiogra
pha legitur cuius auctori
tas ad roboranda illa que in
contentionem ueniunt minus ydo
nea iudicatur. Chaldeo tamen
sermone conscriptus inter histori
as computatur. Sed quia hunc librum
sinodus nicena in numero sancta
rum scripturarum legitur computasse ac
quieui postulationi uestre. immo
exactioni. et sepositis occupa
tionibus quibus uehementer artabar.
hunc unam lucubratiunculam
dedi. magis sensum ex sensu
quam ex uerbo uerbum transfe
rens. Multorum quippe codicum
uarietatem uitiosissimam ampu
taui. sola ea que intelligentia
integra in uerbis chaldeis in
uenire potui. latinis expressi.
Accipite iudith uiduam. casti
tatis exemplum. et triumpha
li laude perpetuis eam preconiis
declarate. Hanc enim non solum
feminis. sed et uiris imita
bilem dedit. qui castitatis eius
remunerator uirtutem ei tal
em tribuit. ut inuictum ab omnibus
hominibus uinceret. et insuperabilem
superaret. Explicit prologus.

Incipit liber Judith. Capitulum i.

[A]rphaxat
itaque rex
medorum
subiuga
uerat
multas
gentes
imperio
suo. et
ipse edi
ficauit ciuitatem potentissi
mam. quam appellauit egba
thanis. ex lapidibus quadratis
et sectis. fecit muros eius
in altitudine cubitorum lxx. et
in latitudine cubitorum xxx.
Turres uero eius posuit in al
titudine cubitorum c. Per qua
drum uero earum latus utrumque
uicenorum pedum spatio tende
batur. posuitque portas eius in alti
tudinem turrium. et gloriabatur